



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

De affectibus in oratione. Cap. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

278 HORTVS ORAT.  
ralibus & inordinatis purum cu-  
stodiet.

*Decimò.* Seruitium Dei & specia-  
liter hanc orationis semitam, ani-  
mo deliberato & forti aggredie-  
tur: ita vt paratus sit omnia quæ ad  
pretiosam hanc margaritam deu-  
tionis cõsequenda necessaria sunt,  
agere & pati, quantumuis ardua &  
difficilia videantur.

*De affectibus in oratione.*

CAPVT XVII.

**S**ecundæ plantæ nomen est Affe-  
ctio. Quæ homini ad perfectio-  
nem adipiscendam maximo adiu-  
mento est. Dum videlicet orationi  
intendit: atque Deo sub varijs for-  
mis in oratione se præsentat.

Aliquando tanquam reum coram  
Iudice se constituit, dicens. *Domine  
miserere mei, & ne respicias multitudi-  
nem iniquitatum mearum.* Et cum S. Iob.  
*Noli me condemnare.* Vel cum S. Da-  
uide. *Non intres in iudicium cum seruo  
tuo Domine.*

*Psal. 142.*

*Ali-*

PARS SECUNDA. • 279

Aliquando tanquā afflictum cor-  
ram Deo, metuens ne ab ipso prop-  
ter peccata relinquatur in manibus  
inimicorum suorum: & totus tre-  
mens dicit. *Ne proicias me Domine à Psalm. 50.*  
*facie tua. Ne derelinquas me Domine Psalm. 37.*  
*Deus meus, ne discesseris à me. Nonnun-*  
*quam uti pauper, Domini sui opem*  
*implorat, dicendo. Respice in me, & Psalm. 24.*  
*miserere mei, quia vnicus & pauper sum*  
*ego.*

Aliquando tanquam seruus ab  
inimicis oppressus clamat ad Do-  
minum, rogans eum vt illos puniat,  
dicendo.

*Respice in me & miserere mei: da im- Psalm. 85.*  
*perium tuum puero tuo, & saluum fac fi-*  
*lium ancillae tuae.*

*Fac mecum signum in bonum, vt vi-*  
*deant qui oderunt me & confundantur:*  
*quoniam tu Domine adiuuisti me, & con-*  
*solatus es me.*

• Nonnunquam uti mendicus Do-  
minum rogat, dicens: *Ego autem men-*  
*dicus sum & pauper: Dominus sollicitus Psalm. 39.*  
*est mei.*

Aliquan-

30. **MORTIS ORAT.**

Aliquando ad Deum tanquam ad benignum Patrem confugit, omnemque spem suam in illo collocat, dicens. *Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

*Psalm. 142.*

Aliquando Diuinam misericordiam laudat, dicendo. *Deus iniqui insurrexerunt super me: & Synagoga potentium quaesierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.*

*Psalm. 85.*

*Et tu Domine Deus miserator & misericors: patiens & multa misericordie & verax.*

Hic modus efficacissimus est ad obtinendum à Deo quicquid volueris, cum laudas & extollis illius misericordiam. Nonnunquam amore languens desiderat Deo vniri, atque ex toto cordis affectu dicit.

*Psalm. 43.*

*Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.*

*Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei.*

*Philip. 3.*

*Cupio dissolui, & esse cum christo.*

*Trakte*

Trabe me post te, curremus in odorem Cant. 5.  
 vnguentorum tuorum.

Hi duo postremi modi, in oratione admodum pij & præclari sunt, animamq; diuino amore succendūt.

De impedimentis in oratione occurrentibus.

CAPVT XVIII.

**T**ERTIA planta, impedimentū, *Orationis*  
 nuncupatur: Sub cuius vmbra, *impedimen-*  
 ta. impedimenta omnia quæ orationi  
 quoquo modo obstaculum ponunt, perdiscenda sunt. Sunt autem nouem.

*Primum* est: Nimis leuis exercitiorum orationis intermissio, nisi iustam ob causam obedientiæ aut necessitatis alicuius cum corporalis tum spiritualis id fiat. Quia vt quidam insignis Doctor ait: Spiritus deuotionis adedò delicatus est, vt cum discesserit, aut non redeat, aut non nisi difficilimè reuocari possit.

*Secundum* est. Curiositas cum sensuum, tum intellectus: cuiusmodi est